

consolari ob spem & fiduciam in DEUM. Duo hæc semper commiscet jungitque; & modò de dolore suo, modò de spe verba facit, sicut folent ægri animo, qui cohæsionem sententiæ non adeò respiciunt, sed modo se erigunt, modo querelas mixtim repetunt. 2. Datur insuper duplex cohæsionis modus. Tremellius copulat per discretivam vel adversativam, tamen, hoc sensu: *Spero & credo me resurrecturum: Interim tamen consumuntur renes mei in sinu meo.* Vatablus in notis connectit per quamvis vel etsi: *Quamvis defecerunt renes mei in sinu meo, id est, cum tamen defecerint vires corporis mei intra me: hoc est; quamvis jam sim in summâ afflictione.* Modus hic connectendi optimus est, notatq; certitudinem spei & fiduciae, hoc sensu: *Licet sim afflitisimus, omniaq; membra consumta ferè sint, credo tamen me resurrecturum.* Ad eoque non tam querela est, quam confirmatio spei, ut aptissima sit verborum cohærentia. Piscator similiter vertit: *Wiewohl meine Nieren verzehret sind in meinem Busen.* Et haec tenus satis multa de ὥδος Φεύσις ipsoque sensu literati diximus.

XLI.

Membrum Quartum.

ΑΠΟΔΕΙΞΙΣ, JOBUM LOQUI DE RESURRECTIONE CORPORIS, NON DE RESTITUTIONE SANITATIS.

Duplex argumentorum classis constitui posset, quarum prior contineret argumenta primaria: posterior secundaria. **Argumenta** Sed ne nimis prolixii sumus, διπόδειξιν hanc contrahemus, & ostendemus argumenta eo ordine proponemus, quo in textu ipso insistia, Jobum nuantur.

loqui de resurrectione corporis.

XLII.

I. A cohærentia verborum cum antecedentibus.

Baldad cum sociis Jobum habebat pro impio, ideoque 1. A cohærentia verborum objiciebat cap. 18. v. 5. *Lux impii extinguetur, nec splendet in scintilla ignis ejus.* v. 13. *Consumet robur ejus primogenitus mortis.* v. 14. *Avertetur de tabernaculo fiducia ejus.* Quibus verbis